
Hoseæ paraph.
Chaldaica

comment
Athanasius
in psalmos
Historia
Ioseph &c.



4°





et historia josephi Arabica ex Alcorano
et multa alia opera eodem volumine
comprehensa.

IN HOC VOLVMINE HEC CONTINENTVR.

Athanaſij in pſalmos opuſculum:
Angelo politiano
interprete.

Baſilij magni de inuidia oratio:
Nicolao perotto interprete.

Plutarchi cheronei de inuidia et
odio libellus.

Ex officina duorum cignorum
in vico diui Iacobi ſita
Pariſijs.

I. L. G.

BEATVS RHENANVS MICHAELI HVMELBERGIO.SAL.PLV.DICIT.

Aldus. Voluēti nuper varia politiani opera/ que Aldus manutius ſupioribus ānis apud venetos typicis notis faberrime excudit: obtulit ſe michi quoddā magni Athanaſij in pſalmos opuſculum/ ſub laconica breuitate plurima complectens. quod cum attentiuſcule perluſtraſſem/ minime indignū viſum eſt: quod multis cōmunicaretur. Hinc enim Michael ſuauiſſime pſalmorum vſus ita eluceſcit: vt quo ad quoduis vtare/ luce pomeridiana (iuxta adagionem) clarius perpendere queas. Cuius viri apud grecos cum ingenti doctrina ſanctitatem/ laudatiſſima pro religionis noſtre diuiniꝗ cultus inſtauratione cōſcripta opera aperte monſtrant. que iamdudum non imi ſubſellij vir Omnibonus Leonicenus: e greco ſermone in latinum traduxit. Hūc vero in pſalmos libellum/ Politianus vndecūꝗ abſolutiſſimus Romana colonia donauit. qui priuſq̄ ſtudiis conduxiſſet/ rebus humanis exemptus eſt. ea fere tēpeſtate/ qua et aliis duobus vigilātiſſimis patronis ac aſſertoribus: Pico inq̄ & Hermolao/ rēpublicā litterariā viduatā eſſe conſtat. At hec nichil ad bromium. Adieci inſuper quandam magni Baſilii orationem/ pernitioſiſſimū inuidie virus tam cōpoſitis verbis taxantem/ effulminantemꝗ: vt quiuis illud ſummopere fugiendum eſſe non poſſit nō cenſere. vnde facile dinoſces/ q̄ graphice inuidie do

Athanaſius.

Omibonus leonicenus.

Angelus politianus.

Picus mirandula.

Hermolaus barbarus.

Baſilius.

mum Ouidius secundo metamorphoseos depinxe rit. licebitq intueri quid sub poeticis inuolucris reconditum delitescat. id quoq Horatianum/ verissimum patescet. Ouidius Horatius.

Inuidia siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Nouissimo loco velut pro coronide/ Plutarchi opusculum annexum est: quo discrimine ab inuidia odium separetur clare indicãs. qui cum in omibus apud Atticos sit tersissimus (vt Hermonymus noster asserit) in hoc libello ornatissimus est. Habes itaq chare Michael/ autores tris prestantissimos in exiguo volumine compactos: quibus animũ tuum excolere poteris. cum studiosi sit (Epicteto precipiente) meliorem nostri partem / mentem scilicet: nunq̃ interituris disciplinarum ornamentis / iugiter expolire. degeneris vero / que ad corpus attinent: aliaq id genus externa/ curiosius pertractare. Plutarchus. Georgius Hermonymus. Epictetus stoicus.

Sed de hijs iam satis superq. Quod superest: tu hanc nostram strenulam minime despicatui habeas/ verum potius esse aliquid reputes. Vale ac salue. Parisijs pridie Kalendas Ianuarias. Anno post dominicum natalem. Millesimo quingentesimo
SEXTO

MAGNI ATHANASII IN PSALMOS OPVSCVLVM ANGELO POLITIANO INTERPRETE.

Liber psalmorum.



Mis quidē scriptura diuia magistra est et virtutis/ et vere fidei, sed liber psalmorū/ habet etiā quodāmodo imaginē status aīarū. vt eni qui adit regē / prius ipe habitū verbaq; cōponit: ne forte iperitus habeatur. Sic dinus hic liber currētes ad virtutē/ & eos: qui vitā saluatoris in corpore cognoscere gestiūt/ admonet prius p lectionē motionū oīm: quibus aīa afficitur. deinde variis format instruitq; sermonibus. Potest igitur vnusqsq; in psalmis/ motū statūq; aīe sue dephēdere. atq; ita figurā quisq;/ disciplināq; suā: qbusq; verbis placere deo possit/ & qbus verbis sese corrigere valeat: et deo agere grās. Ne si pterq̄ fas est dicat incidat in ipietatē. Non solū eni de opibus/ sed de omni ocioso verbo: reddenda apud iudicē ratio est.

quis psalterii vsus

Mathei. xii.

Si igitur beatū aliquē dicere velis: habes quomō/ et q̄obrem/ & quē dicas/ in psal. i. Beatus vir qui nō abijt. xxxi. Beati quorū re. xl. Beatus q itelligit sup eg. cxi. Btūs vir q timet d. &. cxxvii. Btī oēs q ti. d.

Si cōqueri iudeorum contra saluatorem insidias: habes. ii. Quare fremuerunt gentes.

Si te tui psequūtur/ & multi isurgūt aduersū te. iii. psal. dicas. Dn̄e qd mltiplicati sūt. si aūt ad hūc modū tribulatus iuocasti dn̄m: & quoniā exaudiuit a gere vis grās: canito. iiii. Cū iuoc. &. cxiiii. Dilexi q.

Si vides insidias tibi a malignātibus fieri: & auri=

bus percipi orationem tuam/canito psalmum.v. Verba mea auribus percipe.

Si minas dei sentis/& inde territũ te vides: dicere potes psalmũ.vi. Domine ne in furore.&.xxxvii. Domine ne in furore & cetera. Quoniam sagitte.

Si autem consilium inierunt aliqui/contra te: quẽadmodum Architophel cõtra dauid/&hoc aliquis tibi nunciet:cane.vii. Domine deus meus in te speraui.& confide in deo qui te liberabit.

Cernens autem gratiam saluatoris circũquaq; diffusam:& restitutum saluti genus humanum: si alloqui dominũ vis:cane.viii. Domine dominus noster q̃ admirabile est nomen tuum in vniuer.

Si rursus canere vis ꝑ torcularibus deo gratias agens:habes.viii.Domine dominus noster.&.lxxx. Exultate deo salutari nostro.

Si coherceri inimicũ vis:& creaturam saluari:non confidens in teipso sed in dei filio. dic.ix.psal.Confitebor tibi domine in toto corde meo.

Si quis te metu afficere velit/tu cõfidens in domino:cane.x.In domino confido.

Si multorum superbiã & maliciam vides abundare:ita vt nihil sit inter homines sanctum/confuge tu ad dominum & dic.xi.psal.Saluum me fac domĩe.

Si diutius perseuerẽt aduersariorum insidie: ne te ipsum negligas:quasi tui dominus sit oblitus:sed inuoca dominum/canẽs.xxvi.psal.Dominus illuminatio mea:& salus & cetera.

Si quos audis blasphemãtes contra prouidentiã: ne sis tu quidem particeps eorũ impietatis: sed ad deũ cõfugiens: dic.xiii. Dixit insipiens in c. s.nõ est deus.Corrupti sunt.&.lii.Dixit insipiens & cetera

Si scire vis/ qualis est regni celorũ ciuis: cane.xiiij Domine quis habitabit in tabernaculo.et cetera.

Si tibi oratione opus est/ propter resistentes tibi et circũdantes animã tuã/ cane.xvi. Exaudi dñe iusti-ciã meã.&.lxxxv. Inclina dñe aurẽ tuã.lxxxviii. Misericordias domini ineternum cantabo. &.cxl. Domine clamaui ad te exaudi me.

Si scire vis/ quo pacto Moyses orabat: habes. lxxxix. Domine refugiũ factus es nobis.

Si euasisti ab iimicis/ et liberatus es a psequntibus te: cane tu quoq;. xvij. Diligã te dñe fortitudo &c.

Si miraris ordinẽ rerũ creatarũ: & diuine prouidẽtie gratiã. cane.xviij. Celi enarrãt gloriã dei &c. xxvij. Ad te domine clamabo &cetera.

Si tribulatos vides/ cõsolare eos: & pro eis orãs/ dic verba psalmi. xix. Exaudiat te dominus in die tribulationis & cetera.

Si te custodiri a domino vides/ et prospere agere: gaudẽs cane psal.xxii. Dominus regit me &ce.

Si cõtra te irruant inimici/ eleua animũ ad deũ: et dic.xxiiij. Ad te domine leuaui animã meã &ce. et eos inique agentes videbis.

Si pseuerauerint inimici/ et sanguinolẽtis manibus abstrahere/ vel occidere te querũt: ne des homĩ iudiciũ. suspecta enim sunt humana omĩa. Sed deũ iudicẽ postulãs/ ipse enĩ solus iudex est. & dic.xxv. Iudica me dñe quoniã ego.xxxiiii. Iudica dñe nocẽtes me &.xlii. Iudica me deus et discerne causam.

Si aũtẽ seuius instent/ & multitudo instar castrorum: sint inimici despiciẽtes/ quasi ne vnctus quidẽ sis: nichil formidãs/ cane.xlvi. Omnes gentes plaudite manibus & cetera.

Si rursus impudentes sint/ qui insidiātur minime illos curans/ cane ad dominū que sunt in psal.xlvii. Magnus dominus & laudabilis nimis.

Si scire vis/ quomodo grās acturus: accedere ad deum debes: intelligibiliter intelliges: cane. xlviii. Audite hec omnes gentes & cetera.

Deīde renouās domū tuā et aīam q̄ dn̄m suscipit & sensibilē domū ī qua corpaliter habitas: age grās: et dic. xlix. Deus deorum dn̄s locutus est &. cxxvi. Nisi dominus edificauerit & cetera.

Si te odio haberi/ propter veritatē: ab amicis/ et propinquis vides: ne remitte studium/ neue aduersantes extimesce: sed futura cogitans: cane. xxx. In te domine speraui.

Si baptisatos vides a corruptibili generatione liberatos: diuinā benignitatē admirans: cane. xxxi. Beati quorū remisse sunt iniquitates.

Si canere vis inter multos iustos viros: & recte viuētes/ colligēs cane. xxxii. Exultate iusti in dn̄o &c.

Si icidisti in hostes/ et eos prudēter euitasti: atq; insidias effugisti: et ob id agere vis gratias: cōuoca mites homines: et cū eis cane psal. xxxiii. Benedicā dominum in omni tempore.

Si vides iniquos in malū certare/ ne putes secundum naturā esse in illis peccatū: quēadmodū heretici quidā sed dic. xxxv. psalmū. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso nō est timor dei ante oculos eius. & videbis q̄ ipsimet peccandi causa sunt.

Si malos/ iniqua agentes cernis: & cōtra paruos supbiētes: & admonere vis aliquos/ ne istos attēdāt aut emulētur/ quoniā cito extinguētur: dic et tibi & aliis. xxxvi. Noli malignari in malignantibus & ce.

Si statuisti habere tui curã: & vides insidiãtem adversarium (maxime enim contra tales excitatur) & vis temet in eum parare: cane. xxxviii. psal. Dixi custodiam vias meas. & cetera.

Si multos vides pauperes/ & mẽdicos/ ac misereri vis: potes & eos qui iam sunt miserti probare/ & alios vt idem agant hortari: dicens. xl. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. & cetera.

Si desideriũ habes erga deum/ inimicos audis exprobrantes ne perturberis/ sed intelligẽs ĩmortalẽ fructum/ qui ex hoc desiderio nascitur/ cõsolare animam tuam spe erga deũ: & hac releuans mitigansq; vite dolores/ dic. xli. psal. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. & cetera.

Si recordari frequẽter vis beneficia dei que patribus fecit: & in exitu de ægipto/ & in deserto: & quomodo deus quidem bonus/ ipsi autẽ ingrati: habes xliii. Deus auribus nostris audiuimus. Itẽ. lxxvii. Attendite popule meus & cetera. lxxxviii. Misericordias domini ineternum cãtabo & cetera. ci. Domine exaudi orationem meam & cla. & cetera. cv. Confitemini domino q. b. q. in. & cetera. Dicant qui. cxiii. In exitu israel de egipto & cetera.

Si cõfugiens ad deum/ euasisti que aduersus te dicta sunt: & gratias agere vis deo/ & narrare eius erga te benignitatem: habes. xlv. Deus noster refugium

Si peccasti. & cõuersus/ penitentia afficeris: & vis misericordiam consequi: habes cõfessionis verba in psalmo. l. Miserere mei deus secundum. & cetera.

Si calumniã passus es apud malum regem: & diabolum vides gloriantem/ secede: & dic que sunt in. li. Quid gloriaris in malicia: qui potẽs es ĩ iniquitate

Si q̄ te psequūtur/ & calūniātur pdere volētes: sicut pharisei iesum/ & alienigene dauid: ne tedio marcescas/ sed cōfidēs in dn̄o cane. liiii. Deus in noīe tuo &. lv. Miserere mei deus quoniā cōculcauit me hō.

Si aūt cōcurrat psecutio/ & nō cognoscēs in spelūcā igrediatur: i qua tu abscō deris/ ne metue: habes enī in hac necessitate/ vtilia cū ad cōsolandū: tū ad mēoriā rei colendā verba: in. lvi. Miserere mei deus: miserere mei/ quoniā in te confidit anima mea. &. cxli. psal. Voce mea ad dominum clamaui.

Si obseruari iusserit domū/ qui insidiatur: iusserit vt effugeris/ age grās deo: et in tabulis aīe tue rē incidēs dic: lviii. Eripe me de iimicis meis deus meus

Si exprobrant inimici qui tribulant te: et loquacius detrahāt/ qui amici esse vidētur: & iexercitatione tua labores aliquantulū/ potes iuocare tu quoq deū dicēs/ que sunt in. iiij. psal. Cū iuocarē & cetera:

Cōtra ypocritas et in facie gl'iantes: dic ad eorū cōuersionem. lvii. psal. Si vere vtiq iusticiā loquimini recte iudicate filii hominum.

Si aspere irruāt in te/ et capere aīam tuā velint: oppone illis subiectionē tuā ad deū: & bono animo sis quo enī magis inseuiūt illi: eo magis domino subiicientur: dic aūt psal. lxi. Nōne deo subiecta erit.

Si psecutionē fugiēs/ in desertū concesseris: ne metuas quasi solus ibi sis: sed habēs deū et ad ipm diluculo surgēs: cane. lxii. Deus deus meus ad te de lu.

Si perterrefaciāt inimici: nec struere insidias desinant: et omnia inquirunt aduersum te/ etiam si plurimi sint: nec cesseris. Sagitte enim paruulorum: erunt eorum plage/ si cecineris. lxiii. Exaudi deus orationem meam cum deprecor. &. lxvii. Exurgat

deus et dissipentur inimici.&.lxix. Deus in adiuto rium meum intende: domine. &cetera.&.lxx.In te domine speraui non cõfundar in eternũ.

Si canere deũ vis/habes.lxiiii. Te decet hymnus deus in syon & cetera.

Si quos imbuas resurrectionis mysterio: habes lxxix. Qui regis israel intende &cetera.

Si misericordias a deo petis/cane psal.lxvi.Deus misereatur nostri et benedicat nobis.

Si videas impios in pace prosperari/ ne scandali zeris/ vt cõmouearis: dic tu quoq;.lxxii.Quam bonus israel deus: his qui recto sunt corde.

Si irascitur populo deus/ habes verba qbus hũc cõsoleris: in.lxxiii. Vt quid deus repulisti & cetera.

Si cõfessione tibi est opus: cane.lxx. In te domine speraui.&ce.lxxiiii.Cõfitebimur tibi deus.&ce.&.xci.Bonum est confiteri domino.in psal.&ce. ciiii. Confitemini domino et inuocate nomen eius. Cv. Confitemini domino quoniam bonus &c. cvii. Paratum cor meum deus &ce.cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo.cxvii. Cõfitemini domino quoniã bonus: quoniã in eternũ misericordia eius. &.cxxxvii. Cõfitebor tibi dñe in toto corde: quoniam audisti verba oris mei.

Si vituperare gentilem vis/ & hereticos: vt apud quos/ dei cognitio non est: potes intelligendo canere/ et dicere que sunt in psal.lxxxv. Inclia dñe aurẽ tuã et exaudi me: quoniã inops et paupꝫ sum ego

Si occupauerint inimici effugia tua/ et magnope tribuleris: q̃q̃ ꝑ turberis/ ne despera: sed ora/ et sic clamans exauditus fueris: age deo grãs dicẽs/ que sunt in psal.lxxvi. Voce mea ad dñm clamaui: voce mea

Si pseuerātes iīmici irruerint/ et polluerint domū dei: ac sanctos occiderint/ & eorū corpa volatilibus celi piecerint: ne metuas illorū crudelitatē/ sed cōpatiens patiētibus: dic psal. lxxviii. Deus venerūt gētes in hereditatem tuam: po. t. s. tuum.

Si canere vis dn̄o in celebritate/ cōuocatis dei seruis: cane. lxxx. Exultate deo adiutori nostro iu. d. i. &. xciiii. Venite exultemus domino iubilemus deo

Si rursus inimici cōgregēturvndiq3/ & minentur domui dei: conspirātes cōtra pietatē/ ne te multitudo & potētia illorū pturbet: habes velut anchoram spei/ verba que sunt in. lxxxii. Deus quis sis erit tibi

Si videas domū dei / & eterna eius tabernacula: et desideriū habes ad illa/ sicut habebat Apl̄s: dic & tu. lxxxiii. Q̄ʒ dilecta tabernacula tua & cetera. Apl̄s.

Si cessauerit ira/ & soluta captiuitas fuerit: habes quibus gr̄as deo agas. lxxxiiii. Benedixisti dn̄e terram tuā &c. &. cxv. Credidi ppter quod locu. sum.

Si discordiā catholice eccl̄ie/ aduersus scismata cognoscere vis: & illos cōuertere/ potes dicere q̄ sūt in psal. lxxxvi. Fundamēta eius in mōtibus sctis &ce.

Si exhortari teipm vis/ & alios ad religionē: ac psuadere/ q spes in deū nō cōfundit: sed ītrepidā reddit animā/ lauda deū: dicēs q̄ sunt ī psal. xc. Qui habitat in adiutorio altissimi &cetera.

Si canere vis sabbato: habes. xci. Bonū est cōfiteri domino/ et psallere nomini tuo altissime.

Si gr̄as agere vis dn̄ico die: habes. xiii. Dixit insipiens in corde suo non est deus & cetera.

Si canere vis in scd̄a sabbati: habes q̄ sunt in. xciiii. Venite exultemus domino iubilemus &cetera.

Si canere vis parasceue/ habes laudationē in. cxii.

Dn̄s regnauit decorē indutus &c. Tūc enī domus edificata est / q̄uis circumire conati sunt hostes: atq̄ ideo triumphale carmen canendū est ipsi deo.
Si captiuitas fuerit / ac vastata domus: rursusq̄ edificata / cane q̄ sunt in. xcv. Cātate dn̄o canticum nouum: cantate domino omnis terra:
Si vexata terra fuerit ab hostibus / & deinde quiescat regnāte domino: habes quem canas. xcvi. Dominus regnauit exultet terra.
Si vis quarta sabbati canere / habes. xciii. Deus vltionū &c. Tūc enī traditus: vlcisci mortē cepit / & de ea triūphare. Quomō igitur euangeliū legēs / videris iudeos cōsiliū ineūtes: aduersus dn̄m & ip̄m audacter stare ꝓ nobis: aduersus diabolū: cane q̄ sunt in. xciii. vt dictū ē.
Si vides ꝓuidētiā dn̄i in oīa / & dn̄m ip̄ius & vis ībuere aliquos ip̄ius fide & obediētia (cum ꝑsuaseris prius vt cōfiteātur) cane. xcix Iubilate deo omnis terra.
Si potestatē iudicādi in eo cognoscis / & ꝙ misericordie iudiciū admiscēs iudicat deus: atq̄ accedere ad ip̄m vis / habes ad hoc verba. C. psal. Misericordiam et iudicium cantabo tibi.
Si ꝓpter ībecillitatē nature nr̄e / assiduis vite malis aliq̄n ceu medicus / tedio afficeris: & cōsolari te vis / habes psal. ci. Dn̄e exaudi ora. m. & cla. Et quoniā cōuenit / semp et in oībus agere deo gr̄as: q̄n ip̄i bn̄dicere vis / habes quo tuā aīam adhorteris. cii. Benedic aīa mea dn̄o et omīa q̄ intra me sunt &ce. &. ciii. Benedic anima mea dn̄o: domine deus meus mag.
Si laudare vis deū / et scire quomodo ob aliquod oportet laudare: et que verba dicere laudās debet: habes. cxii. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen.

cxvi Laudate dominū omnes gentes: l. e. o. p. cxlv. Lauda anima mea dominū .cxxxii. Ecce q̄ bonum. cxlvi. Laudate do. q. bo. est psalmus. cxlvii. Lauda hierusalē dominū: l. d. t. s. cxlviii. Laudate do. de celis. &c. cxlix Cantate domino canticū nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. cl. Laudate do. in sanctis.

Si habes fidē quemadmodum dominus dixit/ & credis in his que orās loq̄ris: dic cxv. Credidi propter quod locutus sum: ego autem hu. sum nimis.

Si te ascendentē sentis actiōibus/ sic vt dicas: his/ obliuiscor: illis autē qui p̄cedunt cōtendo/ habes in vno quoq; ꝓcessu q̄ dicas quidecim graduū cātica.

Si captiuatus es alienis cogitationibus/ & sensisti te abduci: & penituit/ desine deiceps. et manēs vbi te peccantē dep̄hēdisti/ sede/ ac luge tu quoq;: quēadmodum fecit populus/ dicens que sunt in cxxxvi Super flumina babilonis illic sedimus & fleuimus.

Si temptationes putas esse tui probationem/ age post temptationes gratias deo dicens: cxxxviii Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti.

Si teneris rursus ab inimicis/ et liberari vis: dic cxxxix. Eripe me domine ab homine malo: a viro.

Si orare vis et deprecari/ dic. v. Verba mea auribus. cxl. Domine clamaui ad te exaudi me. cxli Voce mea ad dominum clamaui. cxlii Domine exaudi orationē meā au. p. cxlv. Lauda aīa mea dominū.

Si inimicus tyrannus īsurrexit aduersus populū tu quoq; sicut Dauid Goliath ne timeas/ sed vna cū Dauid crede: & canens dic cxliii. Benedictus dominus deus qui docet manus meas ad prelium. &c.

Si bonitatē dei & in te et in omnes recolis: & be-

nedicere deo vis/ dic verba q̄ Dauid dixit ī lxxxiiij Benedixisti domine terram tuam:auertisti ca.&c.

Si cantare vis domino/ habes quid dicas lxxxxv Cātate domino canticū nouum. lxxxxvii Cantate domino cāticum nouum:quia mirabilia fecit.

Si paruus forte/ in aliquo vsu fratribus anteponeris:ne extollaris cōtra ipsos:sed dans gloriā deo: psalle tu quoq; li.Quid gloriaris in malicia qui potens es in iiquitate.qui proprius dei es.alias cl Laudate dominum in sanctis eius: laudate eū in fir.&c.

Si canere vis obedientiā habentē alleluia:habes ciiii.Confitemini domino & īuocate nomē eius.cv. Confitemini domino & īuocate nomē eius.cv.Cōfitemini domino quoniā b.q.ī s.m.e. Quis loq̄tur. cvi Confitemini do.q.b:q. in e.m.eius.Dicāt nunc qui.& cx Confitebor tibi domine in toto corde m. cxi.Beatus vir qui timet dominū: in m.e.v. nimis. cxii.Laudate pueri dominū:l.n.d.cxiii.In exitu israel de ægypto.cxiiii. Dilexi quoniā.cxv. Credidi propter quod locutus sum. cxvi Laudate dominū omnes gentes.cxvii Cōfitemini do.q.b.q.ī e.m. e. dicat nūc israel.cxviii.Beati īmaculati.cxxxiiii Laudate nomen dn̄i.cxlv Lauda aīa mea do.cxlvi Laudate dominū q.b.est p.cxlvii Lauda iherusalē do. cxlviii Laudate dominū de celis.cxlix Cantate do. can.no.l.e.ī eccl.san.& cl Laudate do.ī sanctis eius.

Si seorsum vis canere de saluatore:habes de eo ī quouis psalmo/ precipue vero habes xxiiii Ad te domine leuaui a.m.cix.Dixit dominus dn̄o meo.&c. īdicantes ipsius ex patre legitimā generationem:et corporalē eius presentiā.x.autē scilicet In dn̄o con=

fido.& lxviii scilicet Saluum me fac deus.&c.predi centes de diuina cruce:& quantũ pro nobis ĩsidiarũ suscepit/& q̃multa passus est.&.ii. Quare fremuerunt gentes.& cxviii Beati ĩmaculati.significantes iudeorum ĩsidias & malignitatẽ & Iude Scharioti proditionem.Item xx Domine in virtute tua: xlix Deus deorum dominus locutus est.&c.lxxi.Deus iudicium tuum regi da.ostendentes regnum eius/ & iudicandi potestatem:& eius presentiam in carne.xv autem Conserua me domine quoniã speraui in te.&c.Indicat eius in carne resurrectionẽ gloriosam.xxiii.Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum.&c.& xlvi Omnes gentes plaudite manibus.&c.nunciant eius ĩ celum ascensum.lxxxxvi. Dominus regnauit.lxxxxv Cantate domino canticum nouum:cantate domino omnis terra.lxxxxvii Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.lxxxxviii.Dominus regnauit irascãtur populi. si leges speculari poteris/que dominus nobis beneficia per passionem contulit. Talis est igitur stilus & caracter psalmorum :ad hominũ vtilitatem.

Athanasij in Psalmos/
Angelo Politiano interprete

FINIS.

Luculentissima Magni Basilij de inuidia oratio: per Nicolaū Perottū e greco in latinum conuersa.

Onus est deus: & bonorū merentibus largitor. Malus dyabolus: et
b omniū malorū auctor. At sicuti bonus nemini vnq̄ īuidet: Ita dyabolus cōtinuo liuore vexatur. Fugiamus igitur fratres affectum īuidie: ne operū aduersarij nostri participes fiamus/ neue eiusdē criminis rei peragamur. Etenim si elatus superbia/in diaboli iudicium icidit: quopacto īuidus preparatā diabolo penam euitare poterit? Inuidia enī nullū perniciosius crimen/ humanis est ingenitum mentibus. Quod licet īuidioso nullā afferat molestiam: precipuum tamen/ & ītestinum īuidi malū est. Nā sicut rubigo ferrū: ita īuidia animū hominis vbi insita est cōsumit. Vel potius quēadmodū viperas tradunt ventre (in quo genite sunt) corroso nasci: eodem modo liuor/ oppressum exedit animū. Inuidia enī est dolor/ ex proximi cōmodo proueniens. Quapropter neq̄ cure/ neq̄ solicitudines/ inuidū vllo tēpore deserūt. Fertilis est vicini ager: affluit omnibus ad victū necessarijs domus: honos viro non deest/ hec omnia alimētum morbo ministrant: & solicitudinis quedā additamenta sunt īuido. Quapropter nihil differt ab homine nudo: qui ab omnibus cedatur. Fortis est quispiā ī offensa valitudine: hoc inuidum macerat. Alius ob pulchritudinē est iucūdior hec alia īuido plaga. Hic virtute/ prudētia/ dicendi viribus/ multis antecellit: conspicitur ab omnibus:

Inuidia.

in admiratione hsbetur. Alius diues/honoratus: in dandis muneribus splendidus/in ferendo indigē tibus subsidio liberalis: ideoq̧ maximam apud eos: quos sibi beneficijs deuinxit/laudē consecutus fuit. Hec quoq̧ quasi quedam vulnera: medium liuidi hominis inficiunt pectus. Est & illud in hac ægritudine molestissimū: q̄ dolorem suum detegere nemini potest. Sed defixos in terram tenens oculos dirūpitur dolore. & ægritudine cruciatur. interrogatus vero/quo morbo tantopere perturbetur: pudet eū diuulgare calamitatem suam/ q̄ inuidus sit. q̄ solicitus/ q̄ ob fortunas concipiat animo dolorem: q̄ fratris felicitatem queratur. Deniq̧ q̄ bonorum alterius/aspectum pati non possit: sed proximi sui commoda/suam faciat calamitatem. Hec enim diceret inuidus/si vera loqui vellet. At quando hanc nemini æqualium detegere potest: in profundo pectoris egritudinem fouet/ que viscera eius exedit consumitq̧. Quapropter nec medicum eius egritudinis inuenit: nec medicinam ad id genus morbi conducibilem reperit: q̄q̄ nōnulla de huiusmodi medicamē tis scripta extent. Sed semper vnū eius egritudinis remedium expectat: vt aliquem ex his quibus inuidet ruentem cernat. Hic odij terminus est: inuidiosum aspicere e fortunato infelicem factum. Et eum qui antea omnibus erat conspicuus: calamitosum videre. Tunc letatur/cum illum lachrimātem cernit. cum ruētem intuetur. Et fortunato quidem nequaquam gratulatur. Infelici vero socias iungit lachrymas/& mutationē vite/e quibus in que redactus sit: vna queritur. non ob humanitatem misericordiāq̧ preterita verbis extollens: sed vt grauiorem illi fa-

ciat calamitatem suam. Filiū post obitum laudat & innumeris ornat preconiis: q̄ bone indolis fuerit/ q̄ ingeniosus/ q̄ in oībus rebus agendis idoneus. Cuius laudes/ dū viuebat: nunq̄ summis labiis attigisset. Q̄ꝫ si cōplures ei rei assentientes cernat: mutata sententia rursus inuidet mortuo. Diuitē post occasum eius admiratur/ pulchritudinē/ corporis robur/ bonam valitudinē: postq̄ in egritudinē quis inciderit laudat: extollitq̄ꝫ. in summa: presentiū quidem hostis/ ꝑditorū amicus est. Quid igitur hoc morbo ꝑniciosius? corruptio vite/ ꝑditio nature: inimicus earum rerū: que nobis a deo cōcesse sunt. ipsi deo contrarius est. Quid principium illud malorū oīm: demonē/ ī inimicitias cū humano genere ī pulit? Hec nempe inuidia ob quā dei hostis manifeste deprehensus est. Deo quidē iratus/ ob beneficentiā eius erga humanū genus. Ipm vero hoiem (quādo deū non poterat) infestans: hec eadem fecisse videtur

Inuidia & homicidiū: germane iniquitates. Chain quoq̄ꝫ/ primus demonis discipulus. & inuidiam atq̄ꝫ homicidiū ab ipso edoctus germanas iniquitates. Quas Paulus quoq̄ꝫ coniunxit: cū diceret

Paulus. repletos ī uidia homicidio. Quid igitur fecit: vidit illū a deo honoratū/ atq̄ꝫ pemit/ vt honorātē offenderet. Cū enī ad oppugnandū deū minus idoneus

Exhortatio. esset: ad perimendū fratrē cōuersus est. Fugiamus queso fratres hāc egritudinē/ magistrā inimicitiarū cū deo/ homicidii matrē: confusionē nature/ affinitatis ignorationē: itrōnabilē calamitatē. Quid doles homo cū nichil molestie passus sis. Quid si cui boni quippiā sors cōcesserit/ graui feres animo: cū nichil tuis detrahatur bonis. Quid si eū qui de te bene meritus est odisti. Nonne tue ipsius inuides vtilitati?

qualis erat Saul:qui multitudinē illā acceptorum beneficiorū:causam voluit esse inimicitiarū cōtra dauid. Et eni pricipio quidē suauissima illa harmonia et diuia musice furiis liberatus:hasta liberatorē suū traiicere conatus est. Deinde vero/ vna cū vniuerso exercitu a manibus hostiū redēptus: & si ingentē illū ꝓpter Goliath pudorē euitasset:tamē cū decuplū laudis a cātātibus saltatriculis Dauid tribuebatur: dicētibus Percussit Saul mille: & Dauid decē millia. Ob hāc vnā vocē: et ipa veritate cōprobatū testimoniū/ primo homicida fieri:ac ꝑ insidias illū interficere conatus est. Deinde cū ꝓfugū fecisset:nō tamē idcirco inimicitiarū finē fecit. sed tandē coacto exercitu / cū tribus millibus electorū: aduersus illū ꝓfectus:oēm ꝓuīcie solitudinē lustrauit. Q; si quis inimicitiarū cām ꝑcūctatus fuisset: rñ dissetprofecto eius se viri meritis ad id compulsum esse. Qui quo tēpore illū ꝑsequebatur/in sōno cōprehēsus : patus morti/ obiectus hosti:rursusq; a viro iusto/ ac ei manus iferre nolēti liberatus:neq; hoc bñficio ad misericordiā inclinatus est. Sed rursus cōparauit exercitū:rursus illū ꝑsecutus fuit. donec iterū intra spelūcam captus:illius quidē virtutē splēdidiorē reddidit: suā vero ꝑuersitatē fecit aptiorē. Intractabilis inimicitiarū species iuidia est. Qui eni alia causa dissidēt mitiores iterdū bñficiis fiūt. inuidi vero & male morati hoīes magis excādescūt. Quo eni maiora in iuuidū merita cōferūtur : eo magis dolet/ turbatur/egro fert animo. Plus nāq; doloris ob facultatē bñficii suscipit/ q̄ ob collata in eū bñficia voluptatis. Quam ferā morū peruersitate nō superant? Quod adeo agreste animal imanitate nō vincunt? Canes

Saul.
Dauid.
Goliath.
Dauid.

apud nos nutriti mitissimi sūt: Leones a nobis educati mansuefiunt inuidi vero beneficijs importuniores redduntur. Quid generosum illum Ioseph in seruitutem redegit? Nempe inuidia fratrum: vbi admirari licetq̄ rationis expers hec egritudo sit. Cū enim exitum somniorū timerent, seruum fecerunt fratrem suum. Perinde ac si seruus nullo tempore adorari posset. Atqui si vera erant somnia: quo pacto exitus illorum propulsari poterant? Sin false visiones: q̄obrem decepto inuidebāt? Iam vero illorum sapientia in seipsos recidit. Quibus enim artibus, vitare futura posse rati fuerant: His apertum futuris iter prebuere. Nisi enim venisset: nunq̄ in vincula cōiectus fuisset: nunq̄ cum ministris Pharaonis familiaritatē inijsset, nunq̄ somnia rimatus esset. Quibus rebus egipti pricipatum obtinuit, & a fratribus qui ad eum ob penuriā frumēti venerant adoratus est. Verte cogitationē ad maximā omīum inuidiā: & q̄ in maximis contingit. Hec profecto contra saluatorem e iudeorum insania progressa est. At q̄obrem illi inuiderūt? Nempe ob miracula eius, que miracula erant? Indigentium salus: nutriebantur esuriētes & nutrientem persequebantur. Resurgebant mortui, & viuificanti inuidebant. Expellebantur demones: & expulsori insidiabantur. mundabātur leprosi, claudi ambulabant, audiebant surdi: & ceci videbāt. At beneficus ipse, fugabatur tandemq̄ eum qui vitam mortalibus gratificatus fuit: neci tradiderunt. redemptorem hominem verberātes: & iudicē orbis pagentes reū. Ita ad oēs inuidie mala puenere Et hoc vno telo, a pricipio orbis vsq̄ ad finē seculi:

Ioseph.

Pharaō.

Christus Iudei.

humane vite hostis dyabolus/ vulneratos prostra-
tosq; perdere nititur. hic nostris calamitatibus gau-
det. hic ob īuidiam decidit. et vt nos quoq; eodem
crimine ruamus/ ōnes adhibet machinas. Quapro
pter sapiētissimus vir merito nos hortabatur: vt ī-
uidorū conuiuia fugeremus/ per eam que in conui-
uijs haberi solet familiaritatē: omnem vite cōsuetu-
dinem ītelligens. Quemadmodū summā adhibe-
mus curam/ vt aridos surculos lōgius ab igne amo
ueamus: ita pro viribus adnitendu est/ vt inuidorū
amicitiā cōsuetudinēq; fugiamus: extra īuidie tela
sistentes. Neq; enī aliter īuido vti possumus: nisi ip
sius similes fiamus. quādoquidē iuxta Salomonē: viro/ emulatio a socio eius. & profecto ita se habet. Salomō.
Nō enī egyptio īuidet Schyta: sed gentilis sui vnus-
quisq; emulus est. Et ex gētilibus quidem/ ignotis
nemo īuidet: Sed notis/ & his quidē vicinis: aut eo-
dem questu aliaue similitudine secum cōiunctis. ex
his vero/ coetaneis maxime: et propīquis/ & fratri-
bus. at sicuti ærugo precipua est frumēti calamitas:
ita īuidia ītestinus amicitie morbus. Ceterū illud ī
hac ægritudine laudaret quispiam: quod quo vehe
mentius inuidia afficitur aliquis/ eo maiorē suscipit
molestiā. Et queādmodū sagitte q̄ velocius emittū
tur: si firmū aliquod durūq; iuenerint obstaculū/ in
eum a quo emisse sunt repellūtur: ita īuidie tela/ cū
nihil īuidioso obesse possint: īuido plagas īferunt.
Nam quis vnq̄ q̄tumlibet se crucians/ tantillū ꝓxi-
mi sui bonis detraxit? et quāq̄ seipsum/ quasi lique-
factus: dolore consūpserit. Iam vero et ipsis serpen
tibus ꝑniciosiores habentur īuidi. Si quidē serpen-

tes per plagas emittunt virus: quod putrescentia vulnera paulatim exedit. Inuidos vero, sũt qui putent etiã ipso aspectu nocere. Et idcirco bone in terdum habitudinis corpora: quibus illi iuideant, extingui: & eorũ splendorẽ elanguescere. ac si pernicio sa aliqua grauedo, ex inuidorum oculis flueret: qua mortaliũ corpora infecta corruptaq; redderentur. Ego vero hanc opinionẽ tanq̃ vulgarem pertransseo talemq;, qualem vetule mulierculis narrare solent. Illud affirmo, ifestum probis hominibus demonẽ: si quando optiones hominũ, suarũ similes reperit: ipsas ad libidinem suam tractare. Itaq; oculis mortaliũ, quasi sue voluntatis ministris vti. Ad hec non horres teipsum seruũ facere, perniciosissimi demonis? Sed vicijs iquinari te pateris: quibus hostis fias eorũ, qui nullã tibi iiuriam itulerũt. hostis dei boni, & nullo liuore pturbati. Agite fugiamus hoc adeo itolerabile malũ. serpẽtis admonitio est, iuentio demonis, satio iimici. Arrabo pene: ipedimẽtũ pietatis, via ad ignẽ æternũ: priuatio regni. Quid q; et ipso aspectu iuidi discernuntur. Oculi eorum atri sunt, atq; obscuri. Gene pallide, turbida supercilia, animus perturbatione diruptus: veritatis iudicium de rebus nullũ habens. non virtus apud illos laudabilis est, non dicẽdi copia, honestate ac gratia perfulgẽs. Non aliud quippiã earũ rerum, quas sequi admirariq; solemus. sed queadmodũ vultures solent ad putrescẽtia cadauera: in pastus discurrere: complura prata, cõpluris amenos atq; odoriferos agros, superuolantes. & veluti musce isueuerũt itegras corporis partes pretermittentes: ad vlcera sese

conferre/ eodē modo iuidi: splendorem vite/ & rerū gestarum magnitudinē pretermittētes: hominum duntaxat vicijs imorantur. Quod si a recto nōnūq̄ (quod sepe mortalibus accidit) deflectere videantur: hoc diuulgāt/ & per eas res illorū vitam esse in aperto volunt: ignaris pictoribus similes. qui per obtortū nasū: aliaue huiusmodi cicatricē: aut naturalem aliquē defectū/ aut casu superuenientē: eorū quos effingere conātur/ formā ostēdunt. Ad id accedit/ ꝙ quibusdā transmutationibus ad malū: laudabile subuertunt: & per vicia vicina virtutibus calūniantur: fortē virū temerariū vocant: Tēperantē asperū/ iustū imanē/ prudētem versutū: Magnificū vētosū nomināt. Liberalitatē prodigalitatis/ parcū auaricie accusant. In sūma: omnibus virtutis speciebus nomīa imponunt/ ab oppositis vicijs mutuata. Quid igitur/ an in accusatione huius mali orationē termiabimus? Hec vero medicie quasi media pars est/ neq̄ eni iutile videtur/ si quis egroto morbi sui magnitudinē ante oculos ponat: quo diligētiorem eius rei suscipere curā possit. At si qs eū hoc in loco: nondū pristine icolumitati restitutū/ reliquat: nihil aliud agit/ q̄ si egrotantē: in morbo missum faceret. Quid igitur? Quopacto hanc egritudinē/ aut pricipio euitabimus: aut deiceps in eā ꝓlapsi propellemus? Si a primordio nihil magnū/ nihil excellēs/ in rebus humanis esse nobis ꝑsuaserimus. nō hominū diuitias/ nō fragilē gloriā: nō bonā corporis habitudinē. neq̄ eni in rebus adeo momētaneis/ felicitatē cōsistere definimus. sed ad eterni veriq̄ boni ꝑticipationē vocamur. Quapropter non diues ob diui-

tias admirādus nō potēs ob splēdorē&āplitudinē suā Nō fortis ob robur corporis/nō sapiēs ob copiā verborū.Hec enī īstrumēta virtutis sunt(si quis ipsis bene vtatur)At nullā in se beatitudinē continēt. Quicunq; igitur his male vtitur:non secus miser iudicandus est/q̄ qui gladio:quem in tutelam corporis sui acceperat/vltro seipsū vulnerauerit.Qui vero bene/et secūdū rectam rationē presentia tractat: quiq; dispensator est earum rerū:que sibi a deo collate sunt/neq; in propriū solummodo vsum thesauros cumulat:is laude beniuolentiaq; dignus est/et ob amorē eius erga proximū:& ob mores suauissimos.Quocirca si prudentia prestat quispiā: si diuino sermōe clarus habetur/noli illi cōtinuo īuidere. Noli vnq̄ tacere sacrarū litterarū īterpretem:si quis spūs sancti gratia acceptus est/laudemq; ab audientibus consequitur.tuū enī bonū est. Et tu propter donū doctrine missus es:si suscipere aliquid velis. Preterea scaturiētem fontē nullus est qui tegat/ob radiantē solē nemo sibi oculos obnubit:nemo inuidet.Sed ad voluptatē suā/vnusquisq; illis fruitur. Spirituali vero sermone in ecclesia dei scaturiente/ & pio corde e spiritus sancti donis effluēte:nequaq̄ letas adhibes aures.Sed audientiū plausus tibi molesti sunt.vellesq; nec qui fructū perciperet adesse quenq̄:nec qui laudaret.At qualē hec apud iudicē animarū nostrarū/excusationē habere poterūt. Igitur nature bonū/fateri oportet animi bonū esse.qui vero diuitijs floret/potentia/valitudine corporis: recteq; his vtitur/eū amare tueriq; debemus:tanq̄ cōmunia habentē vite īstrumēta.Ea enī secundum

rectam rationem partitur| diuitiarum copia abūde subministrans: et corporis obsequio laborātibus p̄sidium ferens. Ceteram vero omnē substantiā| non magis suam: q̄ cuiuslibet egeni iudicans. Qui vero in huiusmodi rebus aliter se habet| is miser potius q̄ inuidia dignus existimandus est: vtpote maiorē ad male agendum oportunitatem nactus. Nāq₃ id nichil aliud est| q̄ ob maiorem copiam abundantiāq₃ perire. Si igitur ad iiustitiam quasi quoddā viaticū diuitie sunt: profecto miser est diues. Si vero ad virtutem conducibiles: nullū apud diuites īuidia locū habet. cum in cōmunem omnium vsum diuitias p̄ferat. Nisi quis forte ita pfidus est| vt sibi quoq₃ ipsi: bonorum gratia īuideat. Quod si paulisper humanas res cogitatione relinquas| & ad verum illud ac laudabile bonum: mentem erigas| longe magis vereberis| aliquam e terrenis istis et corruptibilibus rebus: felicem aut admiratione dignam iudicare. Quisquis igitur ita viuit: vt vagis istis ac mūdanis rebus minime sit īplicitus| is vt īuidiā īcidat fieri nō potest. Si vero omnino glorie auidus es: et q̄pluri mis prestare cupis| ac iccirco ꝙ secūdus sis: equo animo ferre non potes (est enī hec quoq₃ precipua īuidie causa) ad exercitationē virtutū| ambitionē tuā tanq̄ ad profluētem quendam riuum: conuertito. Neq₃ prorsus quacunq₃ via diues fieri optato: neq₃ mundanis duntaxat operibus illustris. Hec enī in tua potestate non sunt. Sed iustus esto| sed tēperās: prudens| fortis| et in his que ad diuinam religionē pertinent patiēs. Sic enī & teipsum saluum feceris: et in maioribus rebus maiorem gloriam consequere=

ris. Virtus enim in nobisipsis est/ & a studiosis eius possideri facile potest. Abūdantia vero pecuniarū/ pulchritudo corporis/ dignitatum splēdores: in nostra potestate nō sunt. Quapropter si virtus: quod prestabilius bonum est & eternius: ac omnium confessione principatum tenens/ ipsa nobis: ipsa querēda est. Hec vero animo nostro i sita esse nullo modo potest/ nisi cum ab omni alia labe: tum vel maxime ab inuidie perturbatione purus sit. Non vides q̄ grande malū sit Hypocrisis. At hec inuidie fructus est. Morum enim duplicitas/ inuidie precipue gratia īter mortales reperiri solet. Siquidem odium in profundo pectoris sustinētes: charitate coloratam superficiem pre se ferunt. scopulis profecto similes/ qui breui vnda tecti: malum prouidis nautis insperatum obiiciunt Quapropter si mors illinc/ aduersus nos velut ex fonte profluit: bonorum omnium priuatio/ alienatio dei/ confusio diuine legis/ & omnium que in hac vita suut bonorum euersio: credamus Apostolo/ neq; efficiamur īanis glorie cupidi: inuicem prouocantes/ inuicem inuidentes. Sed potius benigni/ misericordes/ donantes inuicem: sicut & deus donauit nobis.

Hypocrisis.

Apostolus

Orationis Magni Basilij de inuidia Nicolao Perotto interprete: Finis.

Plutarchi Cheronei/ de differentia
inter odium & inuidiam: Libellus.

n Ihil fere ab odio differre īuidia: se didē esse plane videtur. Vicia enim multitudini hamorum similia sunt: que si cū pēdentibus ex ipsis affectibus huc atq; illuc moueantur: pluribus inter se nodis atq; implicationibus connectuntur. Ipse vero quēadmodum in egritudinibus accidit. alie ob aliarum dolorem cruciantur. Felix enim tam eum qui odia gerit: q̄ īuidum torquet. Iccirco beniuolētiā vtriq; oppositam putamus. Nihil enim est aliud/ q̄ bonorū erga proximum voluntas. Odium vero atq; inuidiam eosdem animi affectus esse. quippe qui contrariam beniuolentie operationē habent. Sed quando non eque idem/ similitudines: vt differentie diuersum faciunt: per has perscrutemur indagemusq; ab ipso horum affectuum genere exordium sumentes. Nascitur itaq; odiū ex opinione quā habemus: quod is quem odimus/ malus sit aut in vniuersū aut q̄tum ad nos attinet. Cū eni fieri sibi īiuriā nōnullā putāt: ad gerēda odia prōptiores reddūtur. Afferētes igitur īiuriā: & malos hoīes oderūt: & īiquo animo ferūt. Inuidēt vero his dūtaxat q feliciter viuere vidētur. Quapropter īuidia quidē īdetermīata ē: pinde atq; egritudo oculorū q̄ ad oēm splēdorē turbatur. Odiū vero certis clauditur termīs. Cū sēp in aliqbus subiectis pmaneat. Preterea odiū est etiā erga aīalia/ ratiōe carētia. Feles enī cātarides q;/ nōnulli oderūt: & rubetas/ & serpētes. Germanicus vero neq; gallū aspicere poterat. At persarū magi mures interficiebant: tum quia illos oderant/ tum

Beniuolentia.
Odium.
Inuidia.

Arabes.
Ethiopes

quia dijs imortalibus eius generis animal molestū esse arbitrabātur. quod Arabes quoq; et Ethiopes faciunt. Inuidia vero duntaxat hominis/ & erga hominem est. Neq; enim inuidere iter se fere possunt: cum nullum de felicitate alterius/ iudicium habeāt/ neq; gloria aut dedecore moueantur: quibus rebus iuidia augeri maxime solet. Odium vero & inimicitias/ inuicem exercent: pugnantq; inter sese quasi aduersus quosdam infidos. Aquile enim dracōe sq; inter se pugnant. Cornices & noctue. Egethali & acāthalides. quorum nec cruor quidem cum interfecti fuerint: cōmisceri potest. q; si forte miscueris: rursus fluit/ separaturq;. Credibile vero est: & maximum illud/ tam leonis in gallum: q̄ elephanti in aprum/ odium: ex timore natum esse. Quod enim timent/ facile oderunt omnes. Hoc igitur inter odium/ inuidiam q; videtur interesse: q; illud in brutorum etiā natura comperiatur hec humanum genus non excedat. Ad id accedit: q; iuste iuidere nemo cuiq̄ potest Neq; enim ad felicitatem suam quispiam iniurius: & tamen inuidiosus est. Odio vero complures iuste habentur: sicut hij quos odio dignos appellamus/ qui neq; malorum consuetudinem fugiunt: nec abominantur/ neq; iniquo animo ferunt. Magnum vero huius rei argumentum est: q; nonnulli odio se habere q̄ plurimos fatentur/ inuidere se alicui negant. Odium enim malorum laudabile est. Idcirco fratris Lycurgi filiū Charilaū: sparte prefectum/ probum & clementem virum: laudātibus quibusdam/ collega eius: & quomodo inquit probus est charilaus? cū ne in malos quidem sit acerbus. Thersite qui

Odio digni.

Lycurgus
Charilaus.
Sparte
Thersites

dem turpitudinem corporis: varie ac multifariam/ poeta descripsit: peruersitatem vero morum/ breuiter & fere vno verbo cōclusit. Odit & hūc magnus pelides odit vlixes. Maximus enim peruersitatis cumulus est. optimis viris inimicum esse. Atqui inuidere se omnes negant. quod si quis id eis osten dere conetur: mille excusationes afferunt/ iratos se esse aut metuere hominem/ aut odisse/ dicentes: aut alia quauis ratione/ huius affectionis nomen obumbrātes: ac tegentes. quasi hec sola animi egritudo celanda sit. Necesse est igitur huiusmodi egritudines/ sicuti plantas eisdem & nutriri & coalescere: & alie quippe alijs facillime accedunt. Oderunt itaq; quē q; maxime/ vt maxime pficere in vitiis cernūt. His vero magis inuident: quos ad virtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur. Quo circa Themistocles cum adhuc adolescens esset: nihil splendidum a se fieri dicebat: Neminem enim adhuc se inuidum habere. Etenim quemadmodum cantharides letioribus frumentis/ & viridioribus rosis: maxime inascuntur/ ita inuidia eos precipue tangit/ qui boni sūt quiq; ad virtutem/ gloriāq; grassari videntur. Rursus econtrario/ magnitudo viciorum odium auget. ideirco calumniatores Socratis/ vtpote qui ad viciorum culmen peruenerant: adeo oderunt viri Athenienses/ auersatiq; sunt: vt neq; eis ignem accendere nec querentibus respondere: nec qua illi sese abluissent aqua/ vti voluerint: sed eam perinde ac sceleratam effundi iusserint donec illi cum perpeti odium amplius non possent/ suspendio vitam amiserunt. felicitatis vero magnitudo/ ac splendor: sepenumero

Homerus

Themistocles

Socrates Athenienses

Alexander Cyrus

inuidiam extinguit. Neq; enim credibile est Alexādro aut Cyro inuidere quēpiam: imperitātibus & cūctorum iam dominis. Sed quemadmodum sol eius vmbram/ supra cuius caput astiterit: suis aspergens radijs/ aut prorsus extinguit: aut longe minorem reddit/ ita & felicitas cum magnam nacta altitudinem fuerit: & supra inuidie caput splendorem suum sparserit/ eam attenuat expellitq;. Inimicorū autem amplitudo ac potentia/ odium haud quaq̄ minuit. Ideoq; Alexander inuidum quidem habuit neminem/ exosos vero complures: a quibus tandē per insidias interfectus est. Simili modo infelicitas inuidos quidem compescit: inimicitias vero nō tollit. Oderunt enim etiam hostes/ ad extremam redactos calamitatem. At nemo est qui miseris īuideat. Iccirco illud/ a quodam e nostris sophistis non sine ratione dictum: inuidos homines libenter commiserei. Quapropter hanc quoq;/ non paruam horū affectuum differentiam esse arbitramur: ꝙ odium neq; felices neq; fortunatos deserit: inuidia obvtrūq; excessum facile diminuitur. Iamvero ex cōtrariis potius id ipsum consideremus. Dissoluunt profecto inimicitias odiumq;/ si aut sibi persuaserint/ nulla sese iniuria affectos esse: aut quos vti malos oderant bonos compererint: aut tertio beneficijs placati fuerint. Extrema eni gratia (vt Thucidides īquit) & si minor sit: opportunū tamē nacta tēpus/ maiorem interdum īiuriā dissoluit. Horum vero primū inuidiam certe non minuit Quamlibet enim a principio sibi persuadeant/ nullam sibi iniuriam inferri nō tamē a liuore abstinēt. Nā reliqua duo augēt po

Thucidides.

tius inuidia. His enim inuident magis/ qui boni vi
dentur. tanq̃ summũ bonum virtutem/ consecutis.
Q̃d si qua a felicibus beneficia accipiãt: dolẽt illis/
tũ ob voluñtatẽ: tũ ob potẽtiã iuidẽtes. Aliud enim
virtutis est/ hoc felicitatis: vtrũq; bonũ. Quapro-
pter odiũ & inuidia/ omino diuersi affectus sunt. Si
quidem his rebus illud quidem cessat: hec autẽ tor
quetur & crescit. iã vero ipsam vtriusq; affectus ele
ctionem/ consideremus. Habentis enim odium est
obesse velle. etenim potentiam eius ita diffiniunt:
dispositionem quandam ac curiosam male agẽdi vo
luntatem. Ab inuidia vero hoc abest: neq; enim in-
uidi multos e propinquis & domesticis suis/ perire
vellent: neq; ad extremam miseriam redigi/ sed fe-
licitatem eorum graui animo ferunt: prohibentq;
(si possunt) eorum gloriam ac splẽdorem. extremã
vero calamitatem non optant: sed si perinde ac ex al
tissimis edibus: eam partem que suas obscuriores
reddit/ deposuerint: bene secum agi existimant.

Plutarchi cheronei/ de differentia inter
odium & inuidiam: Finis.

Iacobi Fullonij Vallesiensis
ad lectorem carmen.

Psalmiloqui celebrare deum per verba prophete
Si cupis: aut superos conciliare tibi
Taliter affectum primi documenta libelli
Ostendunt psalmos dicere quos sit opus.
Execrat inuidiam lepido sermone secundus
Atq; lues liuor q̄ sit amara docet.
Pestiferū contra hoc affert medicamina monstrum
Cum quibus inuidie frangere colla potes.
Tercius hic odium perparua mole libellus
Distet ab inuidia qua ratione docet.
Hos igitur studiose libro seuo luere lector
Sit tibi cura frequens: cōmoda magna ferēt.

Excusum apud parisios in officina duo-
rum cignorum: Vndecimo Kalen
das februarias. Anni huius ad
Romanum calculum.
M. D. Vii.

